

ac molienti, quod sæpè fit, grauis tumultus in castris exortus est, Carthaginensibus ac Siculis inter se dissidentibus: oppidani occasione freti, repenti portas egrediuntur, & fufis hostibus, victores, Ducem turbatis suorum ordinibus succurrere cupientem, atque ideò negligentem sui, intercipiunt, & sic in urbem ductus, & in compedibus cœnans intellexit, quàm falsus interpretis veri somnij fuisset, huius quidem Agathocles Historicus auctor est, At sequentis Cælius.

## HANNIBAL.

**H**Annibal & ipse Dux Carthaginensium, in templo Iunonis Lucinix repertam columnam auream asportare decreuerat, incertus autem an solida ex auro, an superficietenus inaurata esset, rebrando tentauit: Et certior factus esse auream totam, in proposito rapiendi firmatus erat: cui inter somnum Iunonis species adesse visa, vt auaris & sacrilegis cœptis abfisteret monuit, minata si pergeret, rebus cum suis spoliare, se quoque illum vno quo solum videret lumine priuaturum: Quo somnio Dux alioquin ferox, & cui nullus Dei metus, nulla Religio (vt de eo scriptum est) motus tamen  
tradi-